



**Formularium Terminoru[m] seu Registrorum Nouiter
Jmpressum [et] eme[n]datu[m]**

Rom, 1511

Regressus Auditoris.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70641](#)

Constitutus et magister. non ait punitis cause in prima instantia coram domino. non auditore notarius atque scriba et registrum in eadem prima instantia coram dicto domino. non auditore domino suo habitum et factum facto realiter et in scriptis et quo homini causa acta possunt fideliter examinari una cum dictis et attestacionibus testium examinatorum a fine dicti registri ut modis est allegatorum exhibuit et presentavit.
Vel sic. Et registrum in prioribus instantiis tam coram domino suo quam iudice sive auditore prime instanti habitum et factum transportavit et misihi presentis cause notario atque scribe predicto exhibuit et presentavit.
Vel sic. Et presentis cause diudicium in prima instantia coram reverendo patre. non curie causarum camere apostolice generali auditore notarius atque scriba et registrum in dicta prima instantia coram predicto domino auditore domino suo in huiusmodi causa habitum factum et conscriptum in hibis punitis cause notario atque scribe predicto et facto realiter et in scriptis ex quo homini causa acta et merita fideliter examinari possint exhibuit dedit atque presentavit.
Vel sic. Si ad effectum iurium transportatur registrum. Comparuit et magister. non notarius coram. R. p. d. n. et certum registrum intitulatum. non et coram domino suo predicto habitum factum et conscriptum ad effectum iurium videlicet. non et non in eo contentorum ad haec causam faciem factu realiter et cum effectu mibi punitis cause notario atque scribe predicto exhibuit consignauit et transportavit cum protestatione quod postquam iura huiusmodi extracta fuerint et apud acta cause huiusmodi registra dictum registrum sibi restituatur.

Recessus Auditoris.

Reuerendus pater dominus. non auditor prefatus certis de causis animum suum ad hoc mouentibus versus civitatem. non ad aliquid tempus absentem gressus suos dirigens ab hac alma urbe abiit et recessit. Vel se in legatia recedit vel examinata publica causa ponitur Reuerendus pater. non et mouentibus in legatia Sanctissimi in christo patris et domini nostri domini Iulii pape. non versus almaniam se a Romana Curia et recessit.

Regressus Auditoris.

Reuerendus pater dominus. non auditor prefatus de legatia sanctissimi et in qua ab eodem domino nostro papa versus civitatem

LXXXVIII

Non missus fuerat ab eadem ciuitate. n. reueniens gressus suos ad Romanam Luram dirigendo negotijs sibi commissis coadiuante dño debite & legitime expedite hora. n. sanus & incolumis hanc urbem remeauit & intravit. Uel sic Reuerendus pater dñs. n. te. a ciuitate. n. ad quaz se nuper contulerat reueniens sanus & incolumis hanc urbem reingressus est.

CIta etiam conficias redditū legati Cardinalis mutatis mutadis.

Obitus Auditoris.

De re. Reuerendus pater dñs. A. Auditor presatus in Alma Urbe Ro. sicut altissimo placuit persoluendo nature debitum diem vite sue clausit extreum. Uel viam vniuersae carnis ingressus fuit. Uel de medio sublatuſ est.

Exitus Legati.

Ruerendissimus in christo pater & dñs dñs. n. miseratione diuina tituli sancti. n. sacrosancte Ro. ecclesie Dresbyter Cardinalis factus Legatus a latere ad Regem. n. post tentuſ consistoſum p reuerendissimos in rpo patres & dños dños sacrosancte ro. cc. Lardi. Archicpos Ep̄os &c. ceterosq; in Ro. cu. assortiatus gressus suos dirigendo hanc aliam urbem extitit. Quare illa &c.

CDominus contulit se ad loca differentie. Reuerendus pater dominus. n. &c. Memoratus ad supradictorū n. & n. hincinde principaliū instanū ac de consensu & voluntate dictarū partium una cum eisdem partibus ad maiorem cautelam & pro veriori certitudine ipsius dñi. n. iudicis & commissarij se una cum dictis partibus ad locum differentie super quo in huicmodi causa agitur inter ptes principales contulit & se recepit. Qui quidem dñs Ep̄iscopus iudet & commissarius plibatus una cum predictis partibus & iuribus alijs ibidem existentibus loca differentie hmoi ut verius posset in causa hmoi pronunciare & iustitiam ministrare bene & diligenter vidit & aspergit.

Audientia die sabbati.

De Sabbati. xxij. supradicti mēsis februario fuit tēta audiecia causarū apostolica iuxta constitutiōne se. re. dñi. Martini